ſtas.Immo his oĩbus admirabilior,qd aliud
q̃ uictus de uictoribus(qa Carthago nõ ceſ-
ſerat) de fortuna triũphauit. Pplus aũt Ro.

uiris illu. Aug.c. 15.1. Ciuit. Val. Max.c.1.1.c. 4.2. c.2.9. Frõti.ca.3. 2. lege Sylliũ li. 6. Et. Horat.5.3. car. Cice.1. Officiorum, & in Paradoxis. Nec uero ego (inquit) M. Regulũ erũnoſum, nec infelicem, nec miſerũ unq̃ putaui. Non eni magnitudo animi eius cruciabat a pœnis nõ grauitas, non fides, non conſtantia, non ulla uirtus, non deniq; anius ipſe, qui tot uirtutum pſidio tã toq; cõitatu ſeptus, cum corpus ei⁹ caperet, capi certe ipe nõ potuit. Plura congeſsimus ca. 15. &.24.1. Ciuitat.

k ℭ Duceſq; ipſos aut cœpiſſet legendũ eſt ceci diſſet. QVæ de Xantippo hic dicuntur canit Syllius in. 6. primi Miſi Ageno.

multo acrior, infeſtiorq; ꝓ ultiõe Reguli q̃
ꝓ uictoria fuit. Metello igit̃ cõſule ſpiranti-
bus altius Pœnis: & reuerſo in Siciliã bello,
apud Panormũ ſic hoſtes cecidit: ut ne am-
plius ea in ĩſula cõcitaret̃. Argumentũ ingẽ-
tis uictoriæ, centũ [1] circiter elephantoꝝ cap-
tiuitas. Sic quoq; magnas prędas egit ut gre
gem illum nõ bello, ſed uenatiõe cœpiſſet.
Claudius Pulcher cõſul nõ ab hoſtibus, ſed
a diis ipſis ſupatus eſt: quoꝝ auſpicia contẽ- 10
pſerat, ibi ſtatim claſſe demerſa, ubi ille ꝑci-
pitari pullos iuſſerat: q̃ pugnare ab his ueta
retur. M. Fab. Buteone cõſule: claſsẽ hoſtiũ
in Africo mari apud Egimurũ iam in Italiã
ultro nauigantẽ/cecidit. Quãtuſq; tum triũ-
phus tẽpeſtate intercidit, cũ opulẽta præda
claſsis aduerſis acta uẽtis/naufragio ſuo A-
fricã, & Syrtes, omniũ imperia gentiũ: inſu-
laꝝ, littora impleuit. Magna clades: ſed nõ
ſine aliqua prĩcipis populi dignitate ĩtercœ-
ptã tẽpeſtate uictoriã, & triumphũ periiſſe
naufragio. Et tñ, cũ Punicæ ꝑdæ oĩbus ꝓmõ
toriis: ĩſuliſq; fluitarẽt/ppl's Ro. triũphauit. 11
Luctatio Catulo cõſule tandẽ bello finis im
poſitus apud ĩſulas/qbus nomẽ Egates, nec
maior alias in mari pugna: aderat qppe/cõ-
meatibus, exercitu: ꝓpugnaculis: armis/gra
uis hoſtiũ claſsis: & in eis quaſi tota Cartha-

1 ¶ Circiter centum Elephantorum captiuitas. &c.) Præter citatos, de hac re lege Frontinũ ca. ſeptimo primi. Plyni. capit. 43. ſeptimi naturalis hiſtoriæ. De numero horum captorum Elephantorum, uarie ſcribũt. Ply. cap. ſexto octaui, dicit fuiſſe. 142. Oroſius capi. octauo quarti. 104. Hoc autẽ factum eſt anno 502. ab urbe cõdita, Ply. ca. ſexto. 8. DE Clau. pullos ſubmergẽte, præter alios Val. Max: ca. de Ominibꝰ. Cicero ſecundo de natura deorum Florus. 19. Abbreuiationum. Fronti. cap. 13. ſcđi. Vide Gel. ca. 6. decimi. DE Q. Luctatio Catulo, & uictoria apud Egates inſulas Ply. ca. 41. de uiris illu.

go/quod ipſum exitio fuit.Romana claſsis prõpta:leuis:expedita,& quodá genere Caſtrenſis,ad ſiſitudinẽ pugnæ equeſtris,ſic remis quaſi habenis agebãt,& ĩ hos: uel illos ictus mobilia roſtra/ſpeciẽ uiuentiũ præferebãt. Itaq̃ momẽto tẽporis laceratæ hoſtiũ rates:totũ inter Siciliá/Sardiniáq̃ pelagus naufragio ſuo operuerũt. Tanta deniq̃ fuit illa uictoria,ut de excidẽdis hoſtium mœnibus nõ quęrerẽt. Supuacuũ uiſum eſt/in arcem,muroſq̃ ſęuire/cũ iam in mari eſſet deleta Carthago.

BELLVM LIGVSTICVM. Cap.III.

PEracto[a] Punico bello/ſecuta eſt breuis ſane:& quaſi ad recipiendũ ſpiritũ reqes,argumentũq̃ pacis: & bona fide ceſſantiũ armoꝝ. Tũc primũ poſt Numam clauſa fuit porta Iani,ſed ſtatim,ac ſine mora patuit. Quippe iam ligures,iam Inſubres Galli,necnõ & Illyrici laceſsebãt. Sic de ſub Alpibus ideſt de ſub ipſis Italię faucibus gẽtes:deo quodá aſsidue incitáte:ne rubiginẽ,ac ſitũ/arma ſentirẽt. Deniq̃ ita quotidiani: & quaſi domeſtici hoſtes Tyrocinia militũ imbuebãt. Nec aliter utraq̃ gẽte quaſi[b] cote quadá pplus Ro.ferrũ ſuæ uirtutis acuebat. LIgures imis Alpiũ iugis adhærentes,inter

a ℭ PERACto prio punico bello.&c. Quæ hoc capite ꝯtinent, ſcribunt Flo.zo. abbre. Eutro.c.1.3. Oro. c.11.&12.4. Aug. ca.9.3 Ciu. Quæ prodigia in hoc bello uiſa ſunt, docet Iuli9 Obſequẽs ca.28.&.30.de ꝓdigiis. QVoties Iani porta clauſa fuerit dixi ca. ſecundo. DE his populis pter alios Ply. c.4.5.17. quarti naturalis hiſtoriæ.

b ℭ Quaſi cote.) DEus (inquit de opificio dei Lactãti9) ante oĩa diuerſitatẽ in rebus eſſe uoluit, q̃ diuerſitas oẽ arcanum mundi ꝯtinet. Hæc eſt enim, quæ facit uirtutẽ, quæ ſcilicet ſine ipſa nõ modo non eſſe ſed ne apparere quidẽ poſſet,qa uirtus eſſe non poterit,niſi fuerit cõpar aliqs;

Varum,& Macrá flumē, implicitos dumis ſilueſtribus/maior labor erat iuenire,q̃ uincere. Tutū locis,& fuga: durum:atq; uelox genus ex occaſione magis latrocinia,q̃ bella faciebat. Itaq; cū diu, multūq; eluderent ſaltu:uiis:latebris/Deceates: Oxybii:Eubuſriates: incognitas tandem Fuluius latebras eoꝶ/ignibus ſepſit. Bebius ī plana deduxit. Poſthumius ita exarmauit, ut uix reliquerit ferrum,quo terra coleretur.

BELLVM GALLICVM. Cap. IIII.

GAllis [a] Inſubribus,& his accolis Alpium;animi feraꝶ: corpora pluſq̃ humana erant, ſed experimēto depræhenſum eſt. Quippe [b] ſicut primus impetus eis maior q̃ uiroꝶ eſt, ita ſequens minor q̃ fœminaꝶ. Alpina [c] corpora humēti cœlo edu-

in quo ſuperādo uidelicet ſuā uł exerceat uel oñdat. Nā ut uictoria ꝯſtare ſine certamine non poteſt,ſic nec uirtus quidē ipſa ſine hoſte. Ita qm̄ uirtutē dedit homini ;ſtatuit ei e ꝯtrario inimicū ne, uirtus ocio torpēs naturā ſuā pderet. Cuius oīs ratio in eo eſt ut ꝯcuſſa,& labefactata firmet̃,nec aliter ad ſūmū faſtigiū poſsit uenire,niſi trudēti manu ſemp agitata ſe ad ſalutē ſuā dimicādi tenore fundauerit. Multū p̄terea (ut primo epiſtolaꝶ ait Seneca) adiicit ſibi uirtus laceſsita. Inter Salomōis adagia,hoc quoq; nec incelebre reperies , Ferrū ferro acuit̃ prouerbialis quoq; figura & hæc eſt Ferrū core acuit̃ a ℂ GALLIS Inſubribus.&c.) De hoc bello ſcribunt Flo.zo. Abbre. Eutro.c. 1.3.Oro. ca.13.4 Ply.ca.45. de ui. illu.Euſe. li.temporꝶ.Plura Plutar.in Marcello.Sane in hoc bello populus Ro.ſociorꝶ,latiniq; nominis trecenta Milia armatoꝶ habuiſſe dicit̃.Flo. ubi ſupra.Ply.c.zō.3.dicit equitū.80.milia:peditū ſeptingenta milia,ſine externis ullis auxiliis,atq; etiā tūc ſine Trāſpadanis.Fabi⁹ hiſtoricus q et bello interfuit:tradit octingēta milia hoīm parata ad id bellū fuiſſe. b ℂ Quippe ſicut.&c. Videt̃ legendū, ſed experimēto dephenſum eſt quod ſicut primus.&c.Liu.in.10.Eutro. ca.1.3. c ℂ Alpina corpa.&c.) Docent philoſophi,locatū ꝯſequi

locoꝝ ꝯditiones,hinc ait Porph.locũ eſſe generationis principiũ quẽadmodũ & patrẽ.Lege Cic.li.de Fato.Ply ca.58.8. Ser.6.Aen. ſuper illud principio cœlum.Proper.3.2.Virg.1.Georg.India.&c. d ℂ Hi ſæpe & alias.&c.) Hanc hiſtoriã preter ſupradictos ponit Val.Max.ca.2.3. Ply. ca. 20.3.naturalis hiſtoriæ. Plutar. uocat regem hunc Briomarum. Rurſus Eutro. dicit uocatũ Ariobiſtonem. Nam Ariſtonicus alter fuit, de quo ca.20. huius.2. Sed hic alter fuit a Britomaro duce. e ℂ Marti ſuo. Docet Cæſar.6. cõmenta.de bello Gallico circa mediũ, Gallos quinqꝫ deos potiſsime coluiſſe. Mercurium, Apollinem, Ioue͂, Martẽ, atqꝫ Mineruam, cauſam lege ibi. In uetuſto exemplari legi ſic.diſcinxit, & qđ dux eoꝝ de Romano milite predam Marti ſuo torquẽ aureum denotaſſet, intercepit Iuppiter uotum,& de eius ipſius Ariobiſtonis,reliquorumqꝫ Galloꝝ torquibus aureum tropheum.&c. f ℂ Opima ſpolia.) De Spoliis opimis Val.Max.titu.2.3.ca.3.4.5.Proper.12.4.Varro, & Plutar.docent unde dicta ſint. De opimis Marcelli ſpoliis ſic Virgi.6. Aene.Aſpice ut inſignis ſpoliis Marcellus opimis Ingredit, uictor qꝫ uiros ſupereminet omnis. Hic rem Romanã magno turbante tumultu Siſtet eques, ſternet Pœnos, Gallũqꝫ rebellẽ, Tertiaqꝫ ar-

cata habent quiddã ſimile niuibus ſuis: cum mox caluere pugna / ſtatim in ſudorẽ eunt: & leui motu: quaſi ſole laxant. Hi [d] ſæpe, & alias: ſed Britomaro duce / non prius ſoluturos ſe baltea, q̃ Capitoliũ aſcendiſſent / iurauerant. Factũ aũt eſt. Victos enim eos Aemilius in Capitolio diſcinxit. Mox Ariobiſtone duce, uouere de noſtroꝝ militũ præda Marti [c] ſuo torquẽ. Intercœpit Iuppiter uotũ: nam de torquibus eoꝝ aureũ trophæum Ioui / Flãminius erexit. Rex quoqꝫ eorũ Viridomarus Romana arma Vulcano ꝓmiſerat, aliorſum uota ceciderũt. Occiſo enĩ eo Marcellus tertius poſt Romulũ patrem Feretrio Ioui [f] ſpolia ſuſpendit.

BELLVM ILLYRICVM. Cap.V.

ma patri ſuſpendet capta Quirino. Lege Seruiũ annotantẽ plura de Opimis ſpoliis. a ℭ ILLYRII, ſeu Liburni. &c.) De hoc bello, & aliis cum Illyriis geſtis, extat lib. Appiani, qui Illyrius inſcribit. Lege Flo. 20. Abbre. Eutro. ca. 1. 3. Oro. ca. 13. 4. Polybiũ lib. ſcđo.

ILlyrii ſeu Liburni ſub extremis Alpium radicibus agunt: inter Arſiá, Tytiũq́; flumẽ, longiſsime per totũ Adriatici maris littus effuſi. Hi regnante Teuca muliere populatiõibus non contenti/ licentiæ ſcelus addiderunt. Legatos [b] quippe noſtros ob ea, quæ deliquerant iure agentes, nec gladio quidẽ, ſed ut uictimas ſecuri percutiunt, præfectos nauiũ igne comburunt: idq́; quo indignius foret mulier imperabat. Itaq́; Cneo Fuluio Centimalo duce, late domantur. Stricte in principum colla ſecures, legatorum manibus litauere.

BELLVM PVNICVM ſcđm. Cap. VI.

POſt [a] primũ punicum bellum / uix quadriennis requies. Ecce alterum bellũ minus quidẽ ſpacio. Nec enĩ amplius

b ℭ Legatos quippe noſtros &c. Legati hi fuerunt. P. Iunius, &. T. Corruncanius, quibus in Roſtris tripedaneæ ſtatuæ a R. populo poſitæ ſunt, hui⁹ gen⁹ ſtatuæ tribui ſolebãt, iniuria cæſis. Author Cic. nona philippica & Ply. cap. 6. 34. ubi, Teucæ hui⁹ reginæ, mentionem facit. Meminit Hierony. ca. 27, primi contra Iouinianũ, quo loco non Teuta, ſed Teuca legẽdum eſt. De Illy. & Libur. idẽ Ply. ca. 21, & 22, li. 3. Plura Appia. ubi ſupra, Videt iſtud bellũ preceſſiſſe bellum antedictũ, lege quos mox citabimus. a ℭ POST primũ Punicum bellum. &c. Bellum ſcđm Punicum ſcribunt fere oẽs tam Latini q̃ Græci. Liuius tota Decade, 3. Plutar. in uita Fabii Max. Scipionis ſuperioris. M. Marcelli Hanni, Q. Flaminii. Appia. in Libyco. Ply. ca. 42. 43. 45. 48. 49. 50. de uiris illuſt. Polybius per totũ. Eutro. in. 3. Oroſi. in. 4. Aug. ſæpe, maxime tamẽ ca. 19. 3. Ciui. Syl. Italicus per totũ. Quæ ſparſim ſcribunt ab aliis, ſuis locis adducent. Incœptũ aũt eſt bel-

lum Punicũ ſecundũ anno.535.Sol.ca.z. Idem fere ſentit Oroſi.c. 14.lib.4. Videnť plures q̃ quatuor anni intercepti inter finé primi belli Punici,& initiũ ſecundi. Primũ enim bellũ Punicum per.zz. annos ꝯtractum eſt,Eutro.ca.1.3. Quid ſi legas,uix quatuor & uiginti annoꝝ requies. Hæc tantũ monẽdi cauſa dicta uelim.

q̃.xviii.annos habet,ſed adeo cladiũ atrocitate terribilius, ut ſi quis cõferat damna utriuſq; populi: ſimilior [b] uicto ſit populus, q uicit. At [c] pudebat nobilem populum/ablatum mare,raptæ inſulæ,dare tributa,quæ iubere cõſueuerat. Hinc in ultioné puer Hannibal ad aram patri iurauerat/nec remorabatur. Igitur in cauſa belli Saguntus [d] deleta eſt Hiſpaniæ ciuitas opulenta: fideiq; erga
z Romanos magno quidé, ſed triſte monumentum, quã in libertate cõmuni fœdere excœptam Hannibal cauſas nouoꝝ motuum quærens: & ſuis & ſuoꝝ manibus euertit, ut Italiã ſibi rupto fœdere aperiret. Summa fœdeꝝ Romanis religio eſt. Itaq; ad auditum

HOC bellũ ut hic dicitur.xviii. annos habet. Infra aũt ca.5.3.& Oro.ca.20.4.dicit.17. Eutro.in fine.3.ait hoc bellũ finem accepiſſe poſt annum nonũdecimum q̃ cœperat Appia.dicit.16.fere. Bellũ ſecundum Punicũ lõge ante futurũ fore p̄dixiſſe Iouem canit Virg. li.10. Aduenięt iuſtum pugnæ, ne accerſite,tempus,Cum fera Carthago Romanis arcibus olim, Exitiũ magnum, atq; Alpes immittet apertas. b ℂ Similior uicto ſit populus, qui uicit.&c.) Idem dicit Liui.in principio.3.Decadis. Syl.in primo, Propiuſq;(inquit)fuere periclo,Quis ſuperare datum. Aug..cap.19.3. Ciuitatis. c ℂ At pudebat nobilẽ populũ.&c.) Carthaginenſes uicti primo Punico bello,pacẽ a Ro.orant,q̃ ꝯditionibus antepoſitis,illico ꝯſecunť. Cõditiones aũt erant ut Sicilia,Sardiniaq; decederent. Proq; impenſis bellicis puri argenti tria milia talentoꝝ Euboicoꝝ æquis pẽſionibus,per annos.20.penderẽt. Lege Eutro.Oro.Polybiũ.Syl.in 1.Gens rediuiua. Ibidẽ quoq; narrat iuramentũ Hannibalis cõtra Romanos. Idẽ Virg.in.10.ibi,Cum fera Carthago. d ℂ Saguntus deleta.&c.) Saguntinoꝝ cladem præter citatos, ſcribit Aug.

ſociæ ciuitatis obſidiũ:memores icti cũ Pœnis quoq; fœderis, non ſtatim ad arma procurrũt,dũ prius [e] more legitimo quæri malunt.Interim iam nouẽ mẽſibus feſſi/ fame, machinis/ferro,& igne. Verſu deniq; in rabiem fide/immanẽ in foro excitãt rogũ:tum deſuper ſe, ſuoſq; cũ oĩbus opibus ſuis ferro:& igne corrumpunt. Huius tantæ cladis author Hãnibal poſcit. Tergiuerſantibus 3
Pœnis / dux [f] legationis Romanoꝝ, Quæ inquit mora eſt Fabius?In hoc ego ſinu bellum affero:& pacẽ/utrũ eligitis? utrum placet ſummite. Succlamãtibus bellũ, Bellum igit (inqt)accipite:& excuſſo in media curia togæ gremio/ non ſine horrore / quaſi plane ſinu bellum ferret/ effudit. Similis exitus belli initio fuit. Nam quaſi has inferias ſibi/ Sagũtinoꝝ ultimæ diræ in illo publico parricidio:incendioq; mandaſſent: ita manibus eoꝝ uaſtatione Italiæ,captiuitate Africæ:ducum:& regũ:q id geſſere bellũ,exitio parẽtatum eſt.Igit ubi ſemel ſe in Hiſpaniã mo- 4
uit illa grauis, & luctuoſa Punici belli uis: atq; tẽpeſtas, deſtinatũq; Romanis iam diu fulmen/Sagũtino igne cõflauit:ſtatim quodam impetu rapta/ medias [g] pfregit Alpes:

c.20.3. Ciu.Val. Max.ca.6.6.Signãter. Syl. in.1. ibi-Prima Sagũtinas.&c. Idẽ feciſſe aliqñ Capadoces,ſcribit Iuſtinus libro. 13. e ℭ More legitimo. Hunc morem lege apud Feneſt. titu. 10. ubi plures citauimus. f ℭ Dux legationis Romanoꝝ. Hi aũt legati,fuerũt Fabius Pamphilus & Valerius publicola,lege Liui. 21.li. ab ur.con. Eleganter hanc legationẽ canit Syl.in principio ſcdi. g ℭ Medias perfregit Alpes. &c Tranſitum Hannibalis per Alpes deſcribit Syl. lib.3.ibi Sed iam præteritos. Virg.10.Aenei. Cũ fera Carthago Romãis arcib9 olim,Exitium magnũ,atq; alpes immittet apertas.Iuue.Saty.10.de Hãnibale, Pyrenæum tranſilit,oppoſuit natura Alpemq;, niuemq; diduxit ſcopulos,& montem rupit aceto,lege Aug.Ser.Liui.Plut.in uita Hannibalis.

& in Italiã ab illis fabuloſæ[h] altitudinis niui
bus/uelut cœlo miſſa deſcendit: ac primi q;
dem impetus turbo: inter[i] Padũ: & Ticinũ
ualido ſtatim fragore detonuit. Tunc Scipi
one duce fuſus exercitus, ſaucius & ipſe ue
niſſet in hoſtiũ manus imperator, niſi pro;
tectũ patré prætextatus admodum filius/ ab
ipſa morte rapuiſſet. Et hic erit Scipio, qui
5 in exitiũ Africæ creſcit/ nomé ex malis eius
habiturus. Ticino Trebia ſuccedit. Hic ſe;
cunda belli Punici ꝓcella deſæuit Sempro;
nio conſule: tunc callidiſsimi hoſtes/ frigi;
dum: & niualé nacti dié/ cũ ſe ignibus prius:
oleoq; fouiſſent (horribile dictu) homines
a meridie: & ſole uenientes: noſtra nos hye
me uicerunt. TRAſimenus[k] lacus tertium
fulmen Hannibalis: imꝑatore Flaminio. Ibi
quoq; ars noua punicæ fraudis. Quippe ne;
bula lacus: paluſtribuſq; uirgultis tectus eq;
tum terga ſubito pugnantiũ inuaſit. Nec de
diis poſſumus queri. Imminenté temerario
6 duci cladé prædixerãt. Inſidẽtia ſignis agmi;
na, & aquilæ ꝓdire nolentes: & cõmiſſam
acié ſecutus ingens terræ tremor: niſi illum
horroré ſoli/ equitũ: uirorũq; diſcurſus, &

h ℭ Fabuloſæ altitudinis. &c.) Fingunt Græci, Herculé primũ tranſiſſe Alpes, eundéq; frangé tem mõtis ſaxa, ſuperos aſpexiſſe. Syl. in. 3. Primus inexpertas adiit Tyrinthius arces, Scindenté nubes, frangentemq; ardua mõtis Spectarũt ſuperi. &c. Meminit Plyni. ca. 17. tertii. i ℭ Inter Padũ, & Ticinũ. &c). Hanc hiſtoriam recitãt Liui. lib. 21. Valer. Max. ca. 4. 5. Plu. in uita Scipiõis, & Hannibalis. Ply. ca. 49. de ui. illu. Syl. li. 4. ibi. Cæruleas Ticinus aq̃s. &c. Ité cæteri. De clade apud Trebiã accepta. Liui. in. 1. 3. Decadis. Sylli. lib, 4. ibi. At cõſul triſtis, &c. Lege citatos antea. k ℭ Traſimenus lacus. &c. Hiſtoriã ſcribunt Liui. 22. ab ur. con. Late Syl. lib. 5. per totũ. Ply. ca. 42. de uir. illu. lege præter citatos ſupra Cicero. primo diuinationis. Val. Max. lib. 1. ca. de prodigiis. Aduertendũ quidé Flaminiũ ab Hannibale ſupe

ratum.ix.calen.Iulias.Oui.6.Faſto.ibi-Non ego te. Ply.c.86.hui⁹ terremotus meminit,Creberrimus inqt,Punico bello, intra eundem annũ ſepties atq; quinquagies nunciatus Romá.Quo quidé anno ad Traſimenũ lacũ dimicantes, maximũ motũ, neq; Pœni ſenſerunt, neq; Romani. Vide Syllium in.5.ibi Cum ſubitus p ſaxa fragor.&c. l ℭ Quartũ ideſt pœne ultimũ.) Cannéſem cladem ſcribũt late Liui.li.22. Poly. li.5.Va. Max.ca. 1.&.2.primi. ca. 2.2.ca. 4.3. c.5.4. ca.4. &.6.7. Ply. ca.18. 15. naturalis hiſtoriæ, Lactan.ca.17.2.Plura Augu.ubi ſupra. Syl. in toto 9.&.10.Fron.ca. 2.2. Lege alios, quos citauimus Obſeruauius p̃terea apud Aul. gelliũ.ca.17.5.& apud Macrobiũ primo Saturna. Cannenſem cladem Romanis illatá ante dié quartũ Nonaꝝ Sextiliũ, uide Plutar.proble.24.De uana dieꝝ obſeruatiõe alibi plura annotauim⁹ DE numero Romanorum interfectoꝝ,non omnes idem ſentiũt, lege Plutar.in Hannibale.DIſſentiũt quoq; in annuloꝝ menſura. Val Max.ca.2.7.Aug.ca.19.3.Ciui.Ply.ca.1.33. aſſerunt fuiſſe modios tres.Liuius in principio.23.ab ur. con.recenſet narias ſcriptorum ſentẽtias. m ℭ Parce ferro.&c.Idem recitat Aug. ubi ſupra.

mota uehementius arma fecerunt. Quartũ ideſt pœne ultimũ uulnus imperii, Cánæ ignobilis Apuliæ uicus:ſed magnitudine cladis emerſit, &.xl. miliũ cæde / parta nobilitas.Ibi in exitiũ ĩfelicis exercitus / dux:terra:cœlum:dies tota deniq; rerum natura cõſenſit.Siquidẽ non cõtentus ſimulatis tráſfugis Hannibal, qui mox terga pugnantiũ ceciderant.Inſuper callidiſsimus impator patẽtibus in campis obſeruato loci ingenio,qđ & ſol ibi acerrimus, & plurimus puluis,& eurus ab oriente ſemper quaſi ad conſtitutũ ita inſtruxit aciẽ, ut Romanis aduerſus hæc oĩa aduerſis,quaſi ſecum cœlũ tenens/uẽto/puluere / ſole / pugnaret.Itaq; duo maximi exercitus cæſi ad hoſtiũ ſacietatẽ/ donec Hánibal diceret militi ſuo. Parce[m] ferro. Ducũ effugit alter, Alter occiſus eſt, dubium uter maiore animo. Paulũ puduit? Varro nõ deſperauit. Documẽta cladis, Cruẽtus aliquá-

diu Aufidus. Pons de cadaueribus iuſſu du-cis factus in [n] torrente Gelo. Modii duo an-nuloꝝ Carthaginem miſsi: dignitaſq; eque-ſtris taxata menſura. Dubiũ deinde non erat quin ultimũ illum diem habitura fuerit Ro-ma, quintũq; intra diem epulari Hannibal in Capitolio potuerit, ſi (quod Pœnũ illum dixiſſe Maharbalẽ [o] Bomilcaris ferũt) Han nibal queádmodũ ſciret uincere/ſic uti uicto ria ſciſſet. Sed tum quidẽ illũ (ut dici uulgo ſolet) aut fatũ urbis imperaturæ, aut ipſius mens mala, & auerſi a Carthagine dii/in di-uerſum abſtulerũt: cum uictoria poſſet uti/ frui maluit. Relictaq; Roma Campaniam: Tarentũq; peragrare, ubi mox & ipſe, & ex ercitus ardor elanguit/adeo ut ueꝝ dictũ ſit/ Capuá Hannibali cannas fuiſſe. Siquidem inuictũ Alpibus, indomitũ armis, campani

n ℭ In torrente Vergelii.) Diu me multũq; hic locus anxiũ ter- it tandem ex nono Valerii Maximi titulo de credulitate locum hunc primi nos emaculauimus ſimul & enodauimus. Legendum eſt igiť non Vergelii, ſed Geli. Verba Valerii (ut notior res fieret) ſubſcripſimus. Hoꝝ Carthagi-néſium (inquit) dux Hánibal cui us maiore ex p̃-te uirtus ſæuitia ꝯſtabat, in flumi ne Gelo, corpo-ribus Romanis ponte facto, ex-ercitũ traduxit, ut æqui terreſtri um celeſtũ Car-thaginenſiũ co-piarũ egreſſum terra, q̃ mariti-maꝝ neptunus experireť. Mag-no errore Vale-rii interpretũ, q idipſum de Ge-la Siciliæ fluuio intellexiſſe Val. Maximũ, aſſere re auſi ſunt. Exi ſtimat Domiti-us hanc hiſtoriá ſignaſſe Ouidiũ cum in ibida ſic inquit. Vt quos dux pœnus merſit putealibus undis. Et iacto canas puluere fecit aquas. Sed ex libyco Appiani multo aliter. Quid ſi legas in torren te uere Geli. ideſt qui uerno tempore torrens eſt. Eo enim tempe ob pluuiaꝝ copiá, ſolent excitari torrentes. Vel quod alio quoq; nomine, Vergelius dictus ſit, prima caſtigatio uerior. Hũc pontẽ ex cadaueribꝰ Romanoꝝ factũ Syllius in fine. 8. his quidẽ uerbis ſic explicat, Ceſſerit huic Trebia exitio, pons ecce cadentũ. Corpi bus ſtruiť, iactoq; cadauere fumat Aufidius. o ℭ Adherbalẽ. Le-

(quis crederet) ſole, & tepẽtes fontibus Baiæ ſubegerunt. Permiſſum eſt interim reſpirare Romanus, & quaſi ab inferis emergere. Arma [p] non erant, detracta ſunt templis. Deerat iuuentus, in ſacramentũ militiæ liberata ſeruitia. Egebãt ærario/ opes ſuas libẽs ſenatus in mediũ protulit: nec præter quod in bullis, ſingulisq; annulis erat, quicq̃ ſibi auri reliquere. Eques ſecutus exemplũ, imitatæq; equitẽ tribus; deniq; uix ſuffecere tabulæ, uix ſcribarũ manus / Leuino/ Marcelloq; conſulibus/ cum priuatæ opes in publicum deferentur. Quid aũt in eligendis magiſtratibus? Quæ centuriarũ ſapientia? cũ iuniores a ſenioribus conſiliũ de creandis cõ- 10
ſulibus petiuere. Quippe aduerſus hoſtem toties uictorẽ: tam callidũ, nõ uirtute tantũ, ſed ſuis etiam pugnare conſiliis oportebat. Prima redeũtis: & (ut ſic dixerim) reuiuiſcẽtis imperii [q] ſpes Fabius fuit, qui nouam de

gendum eſt ex Liui. ubi ſupra, Maharbalem. Meminit Syllius. lib. 4. Hinc Mago, hic ſæuus pariter uidere Maharbal. Bomilcharis ſcilicet filiũ, uel nõ Bomilcharis, ſed Hãnibali ex Liuio legendũ eſt. p ℭ Arma non erãt. Deerat iuuẽtus. &c. Præter ſupradictos, lege Val. Max. ca. 6. 5. & cap. 6. 7. Plura Aug. ca. 19. 3. Ciui. Serui⁹ aũt. 9. Aen. ſuper illud Suſtulerat, põit legẽ, qua ſerui a milicia arcebantur, aſserens tantum poſt bellũ Cannenſe, hoc Romanis ꝑmiſſum Mulieres caſtra ſequi, ingenti turpitudine apud maiores fuit, unde bellaturus Pompe. ĩ Leſbo reliqt uxorem Corneliã lege Ser. 8. Aen. QVæ hic dicunť de ſeruis, & templorũ armis, ſignãter Syllius li. 10. ibi, At patres De triplici militiæ genere, Seruius in pricipio 8. Aene. Sciendũ ſane eos ſeruos, qui poſt Cannẽſem cladẽ in numerũ militũ ſunt aſſumpti (fuerũt eni uſq; ad octo milia) Volones iccirco dictos fuiſſe, qm̃ cũ eſſent ſerui, uolũtarie ſe ad militiã obtulerunt. Author Feſt. Pom. de uerborũ ueterũ ſ̃catiõe, li. ultimo. ARma præterea pacis tp̃e in templis affigebanť, plura in collectaneis noſtris reperies. q ℭ Imperii ſpes Fabius fuit. &c.) Quæ hic

de Fabio Max:dicunt,lege copioſe apud Plutar.in uita eius.Item Liui.lib.zz.ab ur.con. r ℂ Cognomen nouũ.&c.Fabio huic q̃tuor fuere cognomina,Maximus,Ouicula, Verrucoſus,Cunctator. Ply.ca.43.de ui.illu.Plutar.ubi ſupra..Syl.li.6. Pulcherrima quoq; Cunctando Fabius ſupauit facta.&c. Idé in.7. Ac ni ſacra ſeniuis, ĩpreſſumq; fuiſſet Siſtere cũctando fortunã aduerſa fouenté Vltia Dardanii trãſiſſet nomis ætas.&c.Virg.6. Aene. Vnus,qui nobis cunctãdo reſtituis ré, Qđ ex Ennio ſumptum eſt.ORIginem Fabiorũ ſcribit idem Syllius circa finé.6. ibi- Stirpe gen⁹. Ouidi.1. Faſt. Nec grad⁹ eſt. Geſta hæc a Fabio, lege apud Liuiũ:li.z3.& Syl.li.1z. s ℂ Inde Claudio Marcello.&c. Quæ hic ſcribit,Flo.habent a Liuio circa finé.3. & deinceps Decadis tertiæ,& a Syl.li.1z.ibi- Campo nola.&c. Et infra . Ille dies.Et longo poſt. At Libye ductor.De hoc Marcello,Valerius.ca.1.1.ca.3.z.ca.z.3.ca.1.4.ca.1.5.ca.7.8.Plura Plutar.in uita eius. Ply. ca.z5.7.naturalis hiſtoriæ.Dicit hũc Marcellũ undequadragies dimicaſſe,quẽ ſolus(inquit)Iulius Cæſar trãſgreſſus eſt . Lege,quæ annotauimus ca.4.huius.z.GEſta a Sempronio Grac. lege ex.z4.&.z5. Titi Liuii. Et.1z.Syl. ibi- Nuncius interea. t ℂ Nam hucuſq;.&c. Habent hæc abuude.ca.6.7.Val.Max.Aug.ca.19.3.Ciui.Liui.li.z4. u ℂ O horribilem in tot.&c)Claudi. Hæc obuia uotis in numeras uno gereret cum tempore pugnas , Hiſpanas caperet,Siculas

Hannibale uictoriã cõmentus eſt , nõ uelle pugnare.Hinc illi [r] cognomen nouũ:& rei pub.ſalutare,Cunctator. Hinc illud ex populo , ut imperii ſcutum uocaret . Itaq; per Samniũ totũ,per Falernos Gauranoſq; ſaltus:ſic macerauit Hannibalẽ , ut qui frangi uirtute non poterat/mora cõminueret. Inde Claudio [s] Marcello duce/etiã cõgredi auſus eſt.Cominus uenit,& pepulit,& Campania ſua,& ab obſidiõe Nolæ urbis excuſsit.Auſus & Sẽpronio Gracco duce/ per Lucaniã ſequi,& præmere terga cedẽtis: quãuis tunc (o pudor)manu ſeruili pugnaret.Nã [t] hucuſq; tot mala cõpulerãt,ſed libertate donati fecerãt de ſeruitute Romãos. O [u] horribilẽ in tot aduerſis fiduciã:o ſingularẽ animũ, ac

a.l. excuſit.

ſubmitteret urbes,Et Gallū terris proſterneret,æquore Pœnum, Nūq̄ ſuccubuit dānis,& territa nullo Vulnere, poſt Cānas maior, Trebiāq; fremebat,Et cum iam tremerent flammæ,murūq; teneret Hoſtis,in extremos aciē mittebat Hiberos. x ℭ Sicilia mandata Marcel.&c. Scribūtur hæc a Liui.25. ab urbe con. Syl.li.14.in pricipio.DE Archimede, notaui plura in Claudia. Sup illud, Iuppiter in paruo.ex Val.Max. Plyn. Lact. Oui. Syl.Strab.FAbulam Arethuſæ: lib.5. Met. Oui. explicat.Itē Eglo.10.Virg.&.3. Aen.ibi,Orthygiā Alphæū.Ply ca.106.2.ca.5.31. De Siracuſis plura notaui ca.6.1. Ciuita. Auguſt. y ℭ Sardiniam Gracchus arripuit.&c.Hiſtoriam hāc copioſe ſcribit Liui.li.23.Itē Syl.li.12.ibi, Interea aſſuetis. De hac iſula Plyni.ca.7.3.Sol.ca.10.Diodo.lib.6. Plura in Annotationibus noſtris Clau.In Gildonē ſuper illud Humane ſpeciē plantæ. z ℭ In Hiſpaniam miſsi Gn.& P.Scipiones.&c. Hiſtoriā hāc ſcribūt Liui.23. 24.25. ab ur.con.Appi.in Libyco.Plura in uita Scipiōis. Val.Max. li.primo ca.de Ominibus.ca.2.2.ca.7.3.Syl.li.13.Interea geminos

ſpiritū populi Romani,tā arctis, afflictiſq;
rebus, cū de Italia ſua dubitaret,auſus eſt in
in diuerſa reſpicere. Cūq; hoſtes in iugulo
per Cāpaniā:Apuliāq; uolitarēt:mediāq; de
Italia Africā facerēt:eodē tēpore & hūc ſuſti 12
nebat,& in Siciliā:Sardiniā/Hiſpaniā/diui-
ſa per terrarū orbē arma mittebat.Sicilia x mā
data Marcello: nec diu reſtitit. Tota enī In-
ſula in una urbe ſuperata eſt,Grāde illud:&
ante id tēpus inuictū caput Syracuſę,quāuis
Archimedis īgenio defenderent, aliquādo
ceſſerūt. Lōge illi triplex murus,totidemq;
arces, portus ille marmoreus, & fons cele-
bratus. Arethuſæ:niſi quod hactenus ꝓfue-
re, ut pulchritudini uictæ urbis parceretur.
SArdiniā y Graccus arripuit: nihil illi gen-
tiū feritas:inſanorūq; (nam ſic uocant) im-
manitas montium ꝓfuere. Sæuitū in urbes, 13
urbēq; urbium Caralim, ut gens contumax/
uiliſq;, mortis ſaltē deſiderio patrii ſoli do-
maretur. IN z Hiſpaniā uero miſsi Gneus,

terra crudelis Hibera, fortuna abſtulerat permiſcens triſtia lætis Scipiadas, magnũq; decus, magnũq; doloré. Et lib. 15. Attritis rebus geminus iacet hoſte ſupbo Scipio, belligeri Mauortia pectora fratres. Ser. 6. Aenei. ibi Quis Gracchi genus? &c. Eutro. ca. 5. 3. Oroſi. cap. 17. 4.

a. I. pene totá pcis eri- pue- runt, pui cid.

& Publius Scipiones / ſpem totá Pœnis eripuerát, ſed inſidiis Punicę fraudis oppreſsi rurſus amiſerát. Magnis quidem illi prælis cũ Punicas opes cecidiſsét: ſed Punicæ inſidiæ alterũ ferro caſtrametanté, alterũ cũ euaſiſset in turrim, cinctũ facibus/ oppreſſerũt. Igit[a] in ultioné patris, ac patrui miſſus cum exercitu Scipio, cui iam gráde de Africa nomen fata decreuerát. Bellatricé illá uiris, ar-
14 miſq; nobilé Hiſpaniá/ illá ſeminariũ hoſtilis exercitus, illá [b] Hánibalis eruditricé (incredibile dictu) totá a Pyrenæis mõtibus/ in Herculis colũnas, & Oceanũ/ recuperauit, neſcias citius: an facilius. Quá uelociter? quatuor anni faten̄t. Quá facile? uel una ciuitas probat. Eodé quippe quo obſeſſa eſt die capta eſt, omenq; Africanæ uictoriç fuit: quod tam facile capta eſt Hiſpanica Carthago. Certũ eſt tamé ad pfligandá prouinciá maxime profeciſſe ſingularé ducis ſanctitatem. Quippe, qui [c] captiuos pueros: puellaſq;

a ℭ Igitur in ultioné patris, & patrui miſſus Scipio &c. Quæ hic ſcribun̄t de Scipione ſuperiori haben̄t late a Liuio lib. 25. & ſeqntibus. Plutar. in uita Scipiõis. Val. ca. 7. 3. ca. 3. 4. ca. 8. 9. & ſæpe alibi. Plura Gel. ca. 8. 6. c. 18. 19. & 20. 4. c. 4. 3. ca. 20. 2. ca. 8. 12. ca. 8. 16 Ply. c. 9. 24. 27. 30 ſeptimi. ca. 45. 16 ca. 3. 21. c. 6. 22. c. 6. 34. Aug. ca. 21. 3. Ciuita. Syl. 13. uſq; ad finé opis Virgil. 6. Aenei. Quis Gracchi genus? &c. Claudian[9]. Ergo ſeu patriis primæuus manibus ultor. Subderet Hiſpanum regibus Oceanum. b ℭ Hannibalis eruditricé. &c.) Hoc dicit, quoniam Hamilcar Hannibalis pater in Hiſpaniá cũ imperio miſſus, Hannibalé pueȝ, ſecum duxiſſe tradit̄, lege Plutar. in uita Hannibalis. c ℭ Qui captiuos pueros, puellaſq;. &c. Hiſtoriá hãc habet Liui. circa mediũ. 27. ab ur. con. Eutro. ca. 5. 3. Plutar. in uita

eius. Ply ca. 49. de uiris illu. Notanter Syl. li. 15. ibi: Quin etiã accitus. &c. Simile feciſſe Scipioné Aemilianus ca. 1. 5. Valerius aſſerit.

p̄cipuæ pulchritudinis / barbaris reſtituerit,
ne in conſpectũ quidẽ ſuũ paſſus adducit/
ne quid de uirginitatis integritate delibaſſe 15
ſaltem uel oculis uideret. Hæc inter diuerſa
terrarũ pp̄lus Romanus, nec ideo tñ Italiæ
uiſceribus inhęrentem ſummouere poterat
Hannibalẽ Carthaginẽſem. Plæraqꝫ[d] ad ho
ſtem defecerãt: & dux accerrimus/cõtra Ro
manos Italicis quoqꝫ uiribus utebat. Iam tñ
eũ plęriſqꝫ oppidis, & regiõibus excuſſera
mus. Tarẽtinus[e] ad nos redierat. Iam & Ca
pua/ſedes/& domus/& patria altera Hãni
balis/tenebat, cuius amiſſio tñ Pœno duci
dolorẽ dedit, ut inde totis uiribus in Romã
cõuerteret. O populũ dignũ orbis imperio
dignũ oĩum fauore: & admiratiõe hominũ, 16
ac deorũ. Cõpulſus ad ultimos metus/ab in
cœpto non deſtitit: & de ſua urbe ſolicitus,
Capuã tñ nõ omiſit, ſed[f] parte exercitus ſub
Appio conſule relicta/parte Flaccũ in urbẽ
ſecuta, abſens ſimul, præſenſqꝫ pugnabat.
Quid ergo miramur? Mouẽti caſtra a tertio
lapide Hãnibali iterũ ipſos deos, deos inq̃
(nec fateri pudebit) reſtitiſſe. Tãta enĩ ad ſin
gulos illius motus[g] uis imbrium effuſa eſt,

d ℭ Plæraqꝫ ad hoſtem deferãt. Populos, q post Cãnenſem cladem: a Romãis ad Hannibalem defecerunt, ſcribit Liui⁹ in fine ſecũdi, tertii Decadis. Et Syl. lib. 11. per totum.

e ℭ Tarentinus ad nos redierat &c. Tarẽtũ poſt Cãnẽſem cladẽ, a Romanis ad Hãnibalẽ defecerat. Syl. in. 11. In de Phalãtæo leuitas aniosa Tarentũ Auſoniũ laxare iugum. Qua arte Tarentũ a Fabio recuperatũ, docet Liui. li. 27. Aug. ca. 6. 1. Ciui. Elegãter. Syl. li. 15. ibi: Tũc & Tyndarii. &c.

f ℭ Parte exercitus. &c. Pro hac hiſtoria, lege Liui. li. 26. Ply. ca. 18. 15. Syl. lib. 12. ibi: Hic ut ſigna ferox. &c. per totum. Lege quos ſupra citauimus.

g ℭ Tanta uis imbriũ. &c.) Hiſtoriã hanc lege apud Liuiũ lib. 26.

tanta uentoꝝ uiolētia coorta eſt,ut diuinitus
hoſtē ſummoueri, nō a cœlo/ſed ab urbis
ipſius mœnibus:& Capitolio uidereť. Itaqꝫ
17 fugit:& ceſsit, & in ultimū ſe Italiæ recipit
ſinū,cū urbē tm̄ non adortá reliquiſſet. Par/
ua res dictu, ſed ad magnanimitatē populi
R. ꝓbandā/ſatis efficax:ꝙ illis ipſis, quibus
obſidebať diebus ager, quē Hánibal caſtris
inſiderat,[h] uenalis Romæ fuit: haſtæqꝫ ſub/
iectus/inuenit emptorē. Voluit Hánibal cō
tra fiduciā imitari:ſubiecitqꝫ argentarias ur/
bis tabernas/nec emptor inuentus eſt. Vt ſci
as etiā præſagia fatis fuiſſe. Nihil actū erat
tanta uirtute/ſine tanto fauore deoꝝ. Siqdē
ab Hiſpania Haſdrubal[i] frater Hánibalis
cū exercitu nouo:nouis uiribus:noua belli
18 mole ueniebat. Actum erat ꝓculdubio/ſi uir
ille ſe cū fratre iunxiſſet,ſed hunc quoqꝫ ca/
ſtrametantē/Claudius Nero/cū Liuio Sali/
natore debellat. Nero in ultimo Italiæ angu
lo ſummouebat Hánibalē. Liuius in diuer/
ſiſsimā partē:& in ipſas naſcentis Italiæ fau
ces ſigna conuerterat:tanto, qua oīs lōgiſsi
ma Italia/ſolo interiacet. Quo cōſilio? Qua
celeritate cōſules caſtra cōiunxerint? inopi/
nanterqꝫ hoſtē collatis ſignis cōpreſſerint?
Neqꝫ id fieri Hánibal ſenſerit:difficile dictu
ē. Certe Hánibal re cognita, cū ꝓiectū[k] fra/

Et apud Syl. lib. 12. ibi/ Iuppiter Aethiopum &c. per totū. Claudianus in bello Gethico ibi Hác urbē inſano. &c. Auguſtinus cap. 20. tertii Ciuita.

h ℭ Venalis Romæ fuit. &c. Idē ſcribunt Plutarchus in uita Hánibalis. Et Frontinus c. 18. tertii.

i ℭ Haſdrubal frater Hannibalis. &c. Authores hiſtoriæ ſunt Liuius. 27. Val. Max. ca. 7. 3. ca. 4. 7. Frontinus ca. 1. ſecundi. Elegāter Syllius li. 15. ibi/ Terrore interea. &c. per totum. Idem ſcribunt, citati ſuperius in hoc capite.

k ℭ Fratris caput uidiſſet.) Syl. lib. 15. Tum Nero ꝓcera ſublimia cuſpide portans Ora ducis cæſi. Cannas pēſauimus inquit Hánibal, & Trebiā, & Traſime/

tris caput ad ſua caſtra uidiſſet. Agnoſco
(inquit) infelicitatẽ Carthaginis. Hæc fuit 19
illius uiri nõ ſine præſagio quodã fati immi
nentis prima cõfeſſio. Iam certũ erat Hãni-
balem etiam ipſius cõfeſſione poſſe uinci:
ſed tot rerũ ꝓſperarũ fiducia plenus popu-
lus Romanus/magni extimabat aſperrimũ
hoſtẽ in ſua Africa debellare. Duce igiť Sci
pione in ipſam Africã tota mole cõuerſus:
imitari cœpit Hannibalẽ, & Italię ſuę clades
in Africa uindicare. Quas [l] ille (dii boni)
Haſdrubalis copias? Quos Syphacis exer-
citus fudit? Quæ, quãtaꝗ utriuſꝗ caſtra faci-
bus illatis una nocte deleuit? Deniꝗ iam nõ
a tertio lapide: ſed ipas Carthaginis portas 20
obſidiõe quatiebat: ſic factũ eſt: ut inhęrentẽ:
atꝗ incubantẽ Italiæ extorqret Hannibalẽ.
Nõ [m] fuit maior ſub ĩperio Romano dies,
quã ille/cum duo omniũ/& antea: & poſtea
ducũ maximi, ille Italię: hic Hiſpanię uictor
collatis cominus ſignis direxere aciem. Sed
& colloquiũ fuit inter ipſos de legibus pa-
cis. Steterũt diu mutua admiratiõe defixi, ubi
de pace nõ conuenit: ſigna cecinere. Conſtat
utriuſꝗ cõfeſſione/nec melius inſtrui aciem
nec acrius potuiſſe pugnari. Hoc Scipio de
Hannibalis: Hãnibal de Scipionis exercitu
prædicauerũt. Sed tñ Hannibal ceſsit: præ-

ni littora tecum fraterno capite. I duplica nunc ꝑfida bella, Et gemina, arceſſe acies. Hæc præmia reſtant, Qui tua tráſmiſsis optarit Alpibꝰ arma. Lege ꝑcitatos. TRANſitũ Scipionis in Aphricam, lege apud Liui. li. 29. Syl. li, 17. ibi- Ipſe alacer. l ℭ Quas ille Haſdrubalis copias, quos Syphacis. &c. Copioſe hanc hiſtoriã ſcribit Liuiꝰ li. 29. & 30. Lege Frontinũ ca. 2. 1. Sylli. lib. 17. ibi- Speſꝗ. Syphax. Aduertendũ ſane, Syphacem a Scipione uictũ. viii. Kalen. Iulii Oui. 6. Faſt. ibi- Poſtera lux. &c. m ℭ Non fuit maior ſub imperio Ro. dies. &c. Quæ hic ſcribuntur, lege apud Liui. li. 30. Plut. in Scipione. Syl. lib. 17. ibi- Dum

miumq; uictoriæ Africa ſuit,& ſecutus Africam ſtatim terrarũ orbis.

ſtetit.&c.Pugnã aũt hanc, & acieꝝ inſtructioné præter Liui. Plut. Syl.lege Fronti.ca.3.z.Latius Appia.in li. qui Libycus inſcribitur. TRIumphum Scipionis de Aphris uictis elegãter canit Syl.in fine 17.De tempore quo punicũ bellũ ſcd̃m geſtũ eſt,præter citatos in principio huius capitis,Lege Liuiũ i prohemio q̃rte Decadis.

BELLVM MAcedonicũ Primũ.Cap.VII

POſt[a] Carthaginé uinci neminẽ puduit.Secutæ ſunt ſtatim Africã/gentes:Macedonia:Græcia:Syria,cæteraq; oĩa quodã quaſi æſtu:& torrẽte fortunæ.Sic primi omniũ Macedones/affectator quõdam ĩperii populus,Itaq; quãuis tunc Philippus regno pręſideret, Romani tñ dimicare ſibi cũ rege Alexandro uidebanť. Macedonicũ bellũ nomine amplius/q̃ ſpectatiõe gentis fuit.Cauſa cœpit a fœdere Philippi,quo rex iam pridẽ dominantẽ in Italia Hannibalẽ/ſibi ſociauerat.Poſtea creuit/[b] implorãtibus Athenis auxiliũ contra regis iniurias,cũ ille

a ℭ POST Carthaginem uinci neminé puduit.&c. Ea quæ hoc capite cõtinenť ſcribũt Liui.lib. 31. 3z. 33. 34. ab urbe condi.Val. Max. ca. 8.4 c.z. 5.Iuſti. lib. z9.& 30.Eutro. c. 1.4. Oroſi. cap.zo.4. Plutar.in Paulo Aemilio. Syl.li. 15.ibi/ Emathio interea tellꝰ Aethola tumultu Feruebat Macedum ſubitis perculſa carinis Proximꝰ huic hoſti dextras iũgebat Acarnan.Cauſa noui motus pœnus, regiq; Philippo In bellũ Auſoniũ ſociatæ fœdere uires.Hic gente egregiu/ueteriſq; ab origie regni Eacidũ ſceptris, ꝑauoq; tumebat Achille.Hic & nocturnis.&c.Ad idẽ Claudianus ꝯtra Alaricũ, Ne quicq̃ Emathiũ pepulit ſpes uana Philippũ;Vt uelut.&c.Geſtum aũt eſt bellũ hoc,anno.551.ab ur.cõ.ſcd̃m Eut.c.1.4.Oro. dicit anno.556.

b ℭ Implorantibus Athenis auxiliũ.&c. Tẽpore initioꝝ,duo iuuenes Acarnanes,qui non initiati erant,Athenas uenerunt, & in ſacrariũ Cereris cum aliis pluribus ſuis intrauerunt,ob hoc, tanq̃ neſas ſummũ cõmiſiſſent,ab Athenienſibus cæſi ſunt. Acarnanes

mortibus ſuo℞ cõmoti ad uindicandũ illos, auxilium a Philippo petierunt. Ille aũt ultra ius uictoriæ, in tẽpla, aras. &c. Author Liuius lib. 31. Faciunt quæ ſcribit Aug. ca. quarto, quinto, ſexto, primi Ciuitatis dei. c ℭ Primũ igiẽ Leuino ꝯſule. &c. Legendũ uidetur, Leuino prætore ex. 31. Liuii &. 29. Iuſtini. Itẽ ex Floro hoc ipſo capite, Manifeſtã inqt uictoriã nata in prætoria puppe laurus, pollicebaẽ. Huius hiſtoriæ mẽinit Claudia. in bello Gethico. ibi / Nec pœnã, DE lauro in puppe nata, lege Liuiũ li. 32. Phœbus Daphnes amore captus, dum eã inſtanter inſequiẽ Peneẽ tandẽ fluminis miſeratione, in laurũ arborẽ mutatã dicunt. Hinc factũ eſt, ut Phœbo arbor hæc gratiſſima ſemper fuerit, ſtatutũq; ab eo ſit inter cætera, ut triumphantes, eius foliis deinceps coronarenẽ. Quã rem ſic primo Meta. Ouі. cecinit. Tu ducibus (inquit) lætis aderis, cũ læta triumphis Vox canet, & longas uiſent Capitolia pompas. &c. d ℭ Rhodii nauticus populus. &c.) Scribit Euſebius libro tempo℞. Rhodios ſæpe maris imperium optinuiſſe. Faciunt ad hoc, quæ ſcribit Gellius ca. 3. ſeptimi. Noctiũ Attica℞.

ultra ius uictoriæ in templa: aras: & ſepulchra ipſa ſæuiret. Placuit ſenatui opẽ tantis ferre ſupplicibus. Quippe iam gẽtiũ reges duces: populi: nationes: præſidia ſibi ab hac urbe petebãt. Primũ[c] igiẽ Leuino cõſule populus Romanus/ Ioniũ mare ingreſſus/ tota Græciæ littora ueluti triumphanti claſſe peragrauit. Spolia quippe Siciliæ: Hiſpaniæ: Sardiniæ: Africæ præferebat. Et manifeſtam uictoriã/ nata in prætoria puppe laurus pollicebaẽ. Aderat ſponte in auxilium Attalus rex Pergameno℞. Aderãt[d] Rhodii nauticus populus, quibus a mari conſul: a terris omnia equis, uiriſq; quatiebat. Bis uictus Macedonũ rex: bis fugatus: bis exutus caſtris, cũ tñ nihil terribilius Macedonibus fuit ipſo uulnerũ aſpectu: quæ nõ ſpiculis: neq; ſagittis: nec ullo Græculo ferro, ſed ingẽtibus pilis: nec minoribus adacta gladiis ultra mortẽ/ patebant. Enimuero Flaminio

duce poplus R. inuios antea Chaonũ montes. Pindũq; amnē ꝑ abrupta uadentē: & ipſa Macedoniæ clauſtra penetrauimus. Introiſſe uictoria fuit. Nam poſtea nũquam auſus cõgredi rex, ad tumulos/ quos Cynocephalos uocāt, uno: ac ne hoc quidē iuſto prælio/ opprimitur. Et illi quidē cõſul pacē dedit, regnumq; cõceſsit, mox nequid eſſet hoſtile/ Thebas: & Euboeam: & graſſantē [e] ſub Nabide ſuo Lacedæmona/ cõpeſcuit. Græciæ uero/ ueterē ſtatũ reddidit, ut legibus uiueret ſuis: & auita libertate frueretur. Quæ [f] gaudia? Quæ uociferatiões fuerũt? cũ hoc forte Nemeæ [g] in Theatro/ Quinquēnalibus ludis a præcone caneretur, Quo certauere plauſu? Quid florũ in conſulē profuderũt? Et iterum: iterũq; præconē repetere illā uocē iubebant, qua libertas Achaiæ pronũciabatur, nec aliter illa cõſulari ſentētia: q̃ modulatiſsimo aliquo tibiarũ, aut fidium cantu/ fruebantur.

BEllũ Syriacũ Regis Antiochi. Cap. VIII.

MAcedoniā [a] ſtatim: & regē Philippum/ Antiochus excœpit quodam

e ℂ Sub Nabide ſuo. &c. Hiſtoriā hanc habēs ex. 34. T. Liuii. & Iuſtin. lib. 30. & 31. Eutro. & Oroſi. ubi ſupra. f ℂ Quæ gaudia. &c. Præter ea, quæ de hac hiſtoria ſcribit Li. & citati hoc ipſo c. Lege Val. Max. c. 8. 4. g ℂ Nemeæ in theatro. De quatuor ludorũ generibus apud Græcos, Lactan. 6. Theb. in principio. Itē ca. 20. 6 diui. inſtit. & ca. 4. Epithões. Sic eni liber ille inſcribi debet, nõ Nephithomon, ut paſsim legitur. Plura de ludis ſcribit Augu. ca. 32. 1. Ciuit. Item lib. 2. & 4. Ibidē lege ca. 1. ſecūdi Extant quatuor Archiæ uerſiculi quib9. 4. ludorũ gña apud Græcos cõtinentur, quos ſic in latinum uertit pi9, Quatuor inſignis certamia cõficit Hellas, Sũt duo quippe hominũ, ſunt ſuperũq; duo Archemori, Iouis & Phœbi, atq; Palæmonis, ipſa pinus oliuaſter ꝑmia poma, apium. a ℂ MACEdoniam ſtatim, & regē

Philippũ.&c.Bellũ aduerſum Antiochũ regẽ, a Romanis geſtum ſcribunt Liui.li.34.& ſequentibus ab ur.con.Iuſt.li.31.Appia. late in Syrio.Val.Max.ca.1.&.5.ſecundi.ca.5.3.ca.1.4.ca.3.7. ca.1.8.ca.1.9.Gel.ca.5.5.Plutar.in uita Scipi.Ply.ca.54.de uiris illu.Eutrop. ca.1.4.Oroſi. ca. 20.4.Front.ca.7. 4.Quo geſtũ ſit tempore, docet Euſebius li. tem poꝶ. b ℭQuippe cum Perſas, Xerxem,atq; Darium cogitarẽt. &c. Quæ hic dicunt lege apud Hero. lib.3.&.7. Itẽ Iuſt. li.2.&.3. c ℭ Perfoſſi inuii montes. &c. Authores hiſtoriæ ſunt Sol. ca. 14.Mela. li.2.Hero.li.7. Cic.2.de finib⁹bo.& ma. Virgil.in Culice ibi-Non perfoſſus Athos.Iuue.ſaty.10.Velificatus Athos.Xerxes ante experimentũ belli fiducia uiriũ ueluti naturæ ipſius dominus,& montes in planũ deducebat, & cõuexa ualliũ æquabat , & quædã maria pontibus ſternebat- quædã ad nauigationẽ cõmoda per cõpendiũ ducebat . Author Iuſtinus lib.3. Plura Hero. ubi ſupra.Xerxẽ toto ſimul orbe ſecutus narrat̃,rapuiſſe uagos exercitus amnes,Et telis umbraſſe diẽ,cum claſsib⁹ iret Per ſcopulos, tectũq; pedes ꝯtemneret æquor. Claudianus ſcd'o in Ruffinum. d ℭ Cum humore ꝯtinuo Cumanus Apol.ſudaret.&c.Quod hic ſcribit Florus,lege apud diuũ Aug.ca.11.3. Ciui. Cice.aũt.2.diuinationis,docet huius rei cauſam,ſed locũ aſsignaſſe ſufficiat. Aduertendum ſimile prodigiũ ſæpe uiſum ut ibidẽ. Aug. annotat, lege Euſebiũ.5.præparationis Euangelicæ. Non poteſt ex ſimulachro ſudor fluere,nec portẽdat malũ,idem dicas de motu ſimu-

caſu/quaſi induſtria ſic gubernãte fortuna/ ut quẽadmodũ ab Africa in Europã: ſic ab Europa in Aſiã ultro ſe ſuggerentibus cauſis/imperiũ procederet,& cum terraꝶ orbis ſitu/ipſe ordo uictoriaꝶ nauigaret.Non aliud formidoloſius fama bellũ fuit. Quippe cũ[b] Perſas:& orientẽ,Xerxem:atq; Darium cogitarẽt, quando perfoſsi[c] inuii montes: quando uelis opertũ mare nũciaret̃,ut hoſ/cæleſtes minæ territabãt/cum[d] humore cõ/ z
tinuo Cumanus Apollo ſudaret. Sed hic fauentis Aſię ſuæ numinis timor erat.Sed nec ſane uiris/opibus, armiſq; quicq̃ copioſius Syria,ſed in manibus tam ignaui regis inci-

lachri. Author Donatus.z.Aenei.ſup illud. Sudor iit. Loca multa alia ad hanc rem, in Collectaneis noſtris cōſignata reperies. e

derat: ut nihil fuerit in Antiocho ſpecioſius: q̃ q̄ a Romanis uictus eſt. Impulere [c] regē in id bellū: illinc Thoas Etholiæ princeps, inhonoratā apud Romanos querēs aduerſus Macedones militiæ ſuæ ſocietatē: hinc Hānibal/ qui in Africa uictus ꝓfugus, & pacis impatiēs/ hoſtē populo Romano/ toto orbe q̄rebat? Et q̄d illud fuiſſet periculum/ ſi ſe conſiliis eius rex tradidiſſet? Si Aſiæ uiri-
5 bus uſus fuiſſet miſer Hānibal? Sed rex ſuis opibus, & nomīe regio fretus ſatis habuit bellū mouere. Europa iam dubio ꝓcul iure ad Romanos ꝑtinebat. Hic Lyſimachiā urbem in littore Tracio poſitam a maioribus ſuis Antiochus/ hæreditario iure/ repetebat. Hoc uelut ſydere Aſiatici belli mota tēpeſtas, & maximus regū cōuentus, fortiter indicto bello cum ingenti ſtrepitu, ac tumultu mouiſſet ex Aſia. Occupatis ſtatim inſulis; Græciſq; littoribus/ ocia: & luxus tanq̃ uictor agitabat. Euboeā inſulā cōtinenti adhæ-
4 rentē tenui freto: reciprocātibus aquis Euripus abſcidit, Hic [f] ille poſitis aureis, ſericiſq; tentoriis, ſub ipſo freti murmure cū inter

¶ Impulere regem in id bellū. &c.) Offenſi Aetoli q̄ nō ex arbitrio eoꝝ Macedonia quoq; adépta regi, ut data ſibi in præmiū belli eſſet, legatos ad Antiochū mittūt, q eum adulatiōis magnitudinis i Romana bella ſpe ſocietatis uniuerſæ Grætiæ impellerēt. Iuſt. lib.30. latiꝰ Liu. lib.35. Societatē Hānib. cū Anti. ſcribit Iuſt. li.31. Liu.35. ab ur.cō. Facetiſsimā cauillationē Hānibalis apud regē Antiochum ſcribit ca.5.5. noctium Atticaꝝ Aulus Gelius. f

¶ Hic ille poſitis &c. Antiochꝰ cū perueniſſet i Chalcidem, formoſæ uirgunculæ amore correptus, quinquageſimū iam excedēs annū, cū tanta mole belloꝝ premeret, nuptias tn̄ ſolenni more celebrauit. &c. Lege Appia.

fluĉta tibiis:fidibuſq; cõcineret:collatis undi
q;/q̃uis per hyemẽ roſis.Ne cũ aliquo ducũ
genere agere uideret uirginũ:puerorumq;
delectus habebat. Talẽ ergo regẽ iam ſua
luxuria debellatũ/p pľus Ro. Attilio[g] Gla-
brione cõſule,in iſula aggreſſus/ipſo ſtatĩ
aduentus ſui initio/coegit ab Inſula fugere.
Tam precipitẽ apud Thermopylas aſſecu-
tus locũ.ccc. Laconũ ſpecioſa cęde memo-
randũ:ne ibi quidẽ fiducia loci reſiſtentẽ ma-
ri ac terra cædere coegit. Statim & eueſtigo 5
itur in Syriã, Claſsis regia Polixenidi, Hã-
nibaliq; cõmiſſa.Nam rex prælium nec ſpe-
ctare poterat.Igit[h] duce Aemilio Regillo
a remigãtibus Rhodiis tota lacerat. Ne ſibi
placeãt Athenę.In Antiocho uicimus Xerxẽ
in Aemilio Alcibiadẽ æquauimus.Epheſiis a.i. themiſtocle.
Salamina pẽſauimus,Cõſule Scipione,cui
frater ille modo uictor Carthaginis Africa-
nus uolũtaria legatiõe aderat, debellari re-
gem placet,& iã toto ceſſerat mari, ſed nos
imus ulterius. Meandrũ ad amnẽ: monteq;
Sypilũ caſtra ponunt. Hic rex (incredibile
dictu) auxiliis,q̃bus copiis cõſederat. Trecẽ 6
ta milia peditũ/equitũ/falcatorũq; curruũ/
nõ minor nũerus. Elephãtis ad hoc immẽſę
magnitudinis/auro/purpura/argẽto,& ſuo
ebore fulgẽtibus,aciem utriuſq; uallauerat.

ubi ſupra. g ℭ Attilio Gla-
brione.&c. Hũc Appia. Acinium,
Manium uocari dicit. Oro. Acili-
um. Thermopylæ unde dictæ,&
earum deſcriptio p̃ter Ply. & Stra-
bonẽ, habet ab Appia. ibidem.
Plura Hero.i.7. DE trecentis La-
conibus apud Thermopylas ĩ-
terfectis,notaui ſupra pauca ca.
2.huius ſecundi Itẽ Appia.uocat
præfectũ claſsis Antiochi Poly-
zenem. De Syria ubi hoc bel-
lum geſtũ eſt, & a q̃ua nomẽ ha-
bet ſcribũt Mela in. 1. Strabo.
li.16.Ply. c.12.& circa li.5. Solin9
ca.58. h ℭ Duce Aemilio Re-
gillo. Hũc.L.Neuium uocat Iu-
ſti.Appia. Liuiũ nominatũ dicit
cui poſtea (i.qt) L. Aemilius re-
gulus ad curam

Sed hæc oĩa prępedita magnitudĩe ſua. Ad hoc imbre: qui ſubito ſuperfuſus mira felicitate, Perſicos arcus corruperat. Primũ trepidatio, mox fuga: dehinc triũphus fuerũt. Victo, & ſupplici/ pacẽ, atq; partẽ regni dari placuit, eo libẽtius, ꝙ tam facile ceſsiſſet.

BELLVM AETOLICVM. Cap. IX.

SYriaco[a] bello ſucceſsit, ut debebat, Aetolicũ. Victo quippe Antiocho/ Romanus faces Aſiatici belli perſequebať. Ergo Fuluio nobiliori mandata ultio eſt. Hic ꝓtinus caput gentis Ambraciã/ regiam Pyrrhi/ machinis quatit. Secuta deditio. Aderant[b] Aetoloꝝ præcibus/ Attici: Rhodii: & memineramus auxilii, ſic placuit ignoſcere. Serpit tamen latius in ꝓximos bellũ: oẽmq;

claſsis ſuccęſſerat, hæc non niſi monendi cauſa. Quibus ꝯditionibus pax cũ Antiocho facta fuerit docet Iuſtinus lib. 31. Itẽ Apian[9] in Syrio ubi late habentur oĩa. a ℭ SYRIaco bello ſucceſsit. &c. Hoc bellũ deſcribunt Liuius lib. 38. ab urbe con. Iuſt. li. 32. Appia. in eo libro, qui Syrius inſcribiť. Eutr. ca. 14. Ply. ca. 52. de ui. illu. De Aetolia Plynius in pricipio 4. Strabo. li. 10. Statius quarto Thebaidos, & Homerus. 2. Iliados unde nomẽ habuerit: docet Stephan[9] de urbibus. Legendũ aũt eſt Cephaleniam. Victoriã Fuluii de Aetolis Quintus Ennius amicus ei[9], inſigni laude celebrauit Author Ply. ca. 52. de uiris illuſt. Liuius ubi ſupra ſcribit preces Atheniẽſium, atq; Rhodioꝝ pro Aetolis. &c. Cauſa huius belli, parum ante ex Iuſtini ſententia poſita eſt. b ℭ Aderant Aetoloꝝ precibus Attici, Rhodii, & memineramus auxilii. Videtur ex his quæ. 38. uolumine ſcribit Liuius, ſic locus hic caſtigandus. Aderant Aetoloꝝ principibus Attici: Rhodii legati & Aminander exul. Fuit enim Aminãder Athamanum rex, hic (ut inqt Liui[9]) fide accepta, uenit in caſtra Romana magis ꝓ Ambratia, ubi maiorẽ partẽ tpis exulauerat quã pro Aetolis ſollicitus. &c. Legati Aetoloꝝ fuerunt Phaneas & Demodes, qui cũ a Romano ꝯſule graues ꝯditiões pacis præponereνt,

late Cephaleniā:Zacynton:& quicqd inſu-laꝝ in eo mari inter Ceraunios mōtes, iugūq; Maleū, Aetolici belli acceſſio fuerūt.

BELLVM ISTRICVM Cap.X.

ISTri [a] ſequuntur Aetolos. Quippe bellantes eos nuper adiuuerāt:& initia pugnæ/proſpera hoſti fuerūt, eadēq; exitii cauſa. Nam cū Cnei Manlii caſtra cœpiſſent:opimeq; prędæ incubarēt/epulātes/ ac ludibundos plæroſq;, aut ubi eſſent præ poculis neſciētes/ Appius Pulcher inuadit: ſic cum ſanguine,& ſpiritu male partam re-uomuere uictoriam. Ipſe rex Apulo equo impoſitus, cum ſubinde crapula:& capitis errore lapſaret, captum ſeſe uix, & ægre poſtquam experrectus eſt:didicit.

BELLVM GALLOGRæcum. Cap.XI.

nullo reddito reſponſo,domū regreſsi ſunt,ut etiā atq; etiā quid agendū eſſet re integra prætorē,& principes ꝯſulerent. Athenienſis legatus Leon Iceſiæ filius.&c. Aſcripſi hæc ut intelligat' cur pro præcibus,principibus,pro auxilii, exul repoſuerim. a ISTRI ſecuntur Aetolos.&c. Inter geſta huius Manlii non lego ipſum cum Iſtris populis geſsiſſe bellū Liu.li.38. ſcribēs quos populos hic Romāis ſubegerit, nullā de Iſtris mentionē facit Ply. præterea ca.19.3. dicit Iſtros ſubactos non a Gn.Manlio,ſed a Tuditano quod i. Sex. Ruffus dicit Iſtros dōitos,ſed a quo, & quando nō meminit. Iulius Obſequens ca.6. de ꝓdigiis ſcribit M. Iulio Gn.Manlio cōſ. in Hiſpāia,& Hiſtria bella ꝓſpere adminiſtrata. Iuſtinus li.32.ait Iſtroꝝ gentē originē a Colchis ducere. Vide ibi ſiqua ſint quæ ad hunc locū faciunt. Appia. dicit Iſtros Illyrioꝝ nationē eſſe. Sed uidet' intelligendū de Iſtris Thraciæ populis ab Iſtro, uel Iſtria op. dictis. In oratione enim qua ſe Manlius ꝯtra legatos defendit:dicit ſe bis præliatū in Thracia,lege Liuiū li.38. Et hæc quoq; in ueſtigandi cauſa dicta ſint. De Iſtro uel Iſtropoli urbe. Ply.ca.11.4.&

Strabo lib.7.lege Hermolaũ ca.11.4. caſtigationum Plynianarũ.
a ℭ GALLOgræciã quoq;.&c.Hoc bellũ late ſcribit Liui.li.38.ab ur.con.Meminit Iuſti.li.32.Ply.ca.55.de uiris illu.Val.Max.ca.1.6. Oroſi.ca.20 4.Pauca Euſeb.lib.tempoꝝ. DE origine, moribus & reliquis Gallogræcorum, lege Diodorũ l. 6.Faciũt quæ ſcribit Iuſti.li.24. &.25. Val.Max.ca.2.1.

